The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Aduocati h

cum uariis

Miror namque quomodo religiose aures tue audire sustinent huiusmodi disputationes aduocatorum et pugnas uerborum que magis ad subuersionem quam ad inuentionem proficiunt ueritatis. Nichil enim ita absque labore manifestam facit ueritatem sicut breuis et pura narracio. Precide ergo linguas uaniloquas et labia dolosa claude. Hii sunt qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, disserti aduersus iusticiam, eruditi pro falsitate; sapientes sunt ut faciant malum, eloquentes ut impugnent uerum.

Bernardus ad Eugenium libro I. capitulo IX.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

religiose aures tue] aures tue religiose B; huiusmodi] huius B C; disputationes] disputantes P V^1; precide] prescinde P V^1 V^2 L^1 L^2; faciant] faciunt B C; Eugenium] papam *add.* P V^1 V^2 L^1 L^2